



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata

In Qvatvor Tomos Distincta

Humanæ salutis Monumenta, & Odæ variæ

Arias Montano, Benito

Antverpiæ, 1589

In Haggaevm Prophetam Carmen ex voto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44973

LXXXII. B. ARIAE MONTANI

Nullo secula fine
Parcit supplicibus suis.
Idem & magnifici propositi tenax,
Dictorumque memor prouidet & cauee,
Cui se cunque benignum
Dixit, cui facilem fore.
Sed quo me aequoribus cymba patentibus,
Et nullis penitus littoribus mari
Concluso rapere audax
Remis inualidum paras?
Quin magnis potius muneribus Dei
Augeri, atque animo perpetuis frui
Poscam supplice voto,
Quam tantum temerem sacram.

IN HAGGAEVM PROPHETAM

Carmen ex ueto.

NON quantum aut Ophyre parit
Auri perpetuis montibus, aut Physona
Fuluo concoquit alueo,
Non gemmas Erythræ quas Arabum rubris
Fluctus marginibus terunt.
Non quidquid sinibus promitus Indicis,
Divinas hominum decer.
Mentes atque animos tangere sordida
Cura nec studio graui:
Nec cæca ambitio, vanaque mobilis
Vulgi gratia, maximas
Quæ turbat miseris temporibus vice.
Aeterni potius Dei
Nouisse expediat consilia, & nimis
Nostris commoda mentibus
Arcana, ac Ieuium pondere turbido
Rerum deposito, bonis
Curis assiduos protrahere & dies,
Terris dum face lucida
Fundit perspicuum Sol rüber aureus.
Et dum sidera lucido
Cælo signa suæ militiæ mouent.
Nam frustra nimius labor
In rebus minimis tunditur, & frequens

CARMEN

Cuiqum cumulus citam
 Aut mortem, aut miseram canitiem trahit:
 Ne quicquam tamen, ut neque
 Sperante requiem, aut gaudia credita
 Expertus, doleas bonos
 Defluxisse dies munere inutili.
 Contrà, quos pietas agit,
 Felices animi, qui nimium breuis
 Vitæ tempora grandibus
 Excent studiis, certaque præmia
 Celsò constituant loco,
 Quò nec mors penetrat, nec mala prosperis
 Rem, aut tristia dulcibus
 Miscentur: liquido sed fluit agmine
 Expletura genus pium
 Expers inuidæ diua beatitas.
 Non hos pauperies metu,
 Non desideriis sollicitat malis.
 Securos pietas facit,
 Et spes ire viam commonet arduam.
 Stimus quis Iebusum genus,
 quis Gergasenuos exitus impios
 Diri progeniem Chami
 Excepit facilis queis patrō sinu
 Tellus fertilibus iugis
 Et mellis, fluidi lactis & vberens
 Num sufficeret: sed hos
 Abra posteritas precipiti fuga
 Magnis vrbibus expulit,
 Quanvis multiplici moenia circufo
 Tutos vestibus æreis
 Clauſiffent; alios armæ minantia
 Tentantes ageret furor
 In bellum: hos celeri Iosua dexteræ
 Et vita expulit, & domo,
 Remque omnem dominos detulit ad noctes,
 Non qui vel Tyrias opes,
 Vel qui Iceptra tenet sorte beatior
 Reæ dicitur: omnibus
 Felix ille sed est nominibus, sacram
 Seris qui sequitur viam,
 Proponensque Dei magna negotia

B. ARIAE MONTANI

Vrget perpetuis modis.

Ergo & nos audiis mentibus optima

Rerum quin petimus pij?

Cur non diuitias spernimus, omnium

Et fomenta cupidinum

Calcamus? deceat me Pater optime

Contentum exiguo foco,

Et rupis placidis muneribus mez

Diuinis operam libris,

Et totos superum consiliis dies

Impendisse sub arbuto,

Sine intro viridi, seu positum sacra

Matris virginis in domo,

Et monstrasse meis diuite spiritu

Laudis materiam tux,

Fingentem facili carmina numine.

IN ZACHARIAM PROPHETAM

Hymnus ex voto.

Iam densa ac tenebris horrida tristibus,

Quæ rerum nitidum polluerat decus,

Nox umbras picei carceris infimas.

Auroram fugiens subit.

Iam clarus roseo progrediens loco

Sol orbi faciem protulit auream,

Qui cursu celeri conficit ætheris

Immensam repetens viam;

Quo vultu superum fidereas domos

Illustrat placidus, quo liquilum aera,

Præscripta atque autibus regna vagantibus,

Tellurisque fouet sinus.

Vndarum rapidos continet impetus,

Et fistens tumido flumina margine,

Constratum pelagus ferre iubet virum

Gressus insolitis modis.

Effundit celebrem lætitiam polus,

Et montes nitium frigore turgidi

Depulso, variam suauibus implicant

Vestem floribus & coimam.

Nunc & spem variis copia fluctibus

Confirmans